



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Vera Sapientia Virtute Et Tranquillitate Animi Enchiridion DD. Evcherii Lvgdvnensis, Martini Bracarensis, & Magni Wigonis, Antistitum

Eucherius <Lugdunensis>

Martinus <Bracarensis>

Magnus <Wigo>

Monachii, 1639

Cap. XII. Vanitate Abreptum nescire, quid sibi sit vtile.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10188

iaceat. Vide, quomodo auer-
sus à Deo intrâsti in hunc
mundum, inhiantē ore ad
omnia, præter ipsum.

C A P. XII.

*VANITATE ABRE-
ptum nescire, quid sibi sit
utile.*

I. **B**Eatus, qui eligit, vt se-
curè laboret. Hæc est
autem secūra electio,
& labor utilis, omnibus velle
prodesse, etiam eis, qui tuo
egere non videantur auxilio.
Tanto enim hi minùs agunt,
quod expedit, quanto pro-
prijs utilitatibus videntur in-
tendere. Hæc est autem pro-
pria

pria vniuscuiusque utilitas,
omnibus velle prodesse. Hoc
autem quis intelligat? Qui er-
go propriam quærit agere
utilitatem, non solum nul-
lam suam utilitatem inuenit;
sed etiam magnum animæ
suæ detrimentum incurrit;
dum enim propriam quærit,
quæ nulla esse potest, à com-
muni repellitur; id est, à Deo.
Sicut enim omnium homi-
num vna est Natura, ita & V-
tilitas. Felix est omnis, qui
nihil vult, quod sibi pro-
fit. Potest ergò homo velle,
quod sibi, aut non pro-
fit, aut ob-
vitâ tuâ totâ, velis, quod ex-
pedit,

pedit, sicut volendum est! O
misera fors, non posse scire,
quod obest.

2. Si interrogas homines,
quare sint miseri, vtrum non
velint, quod sibi sit vtile; an
quia non habeant, quod no-
lunt: respondebunt statim,
quia nō possunt habere, quod
volunt. Hoc autem est dice-
re: illuminati quidem sumus,
& bene, quid vtile nobis sit,
nouimus, & amamus, sed in-
firmamur. Quod falsum est.
Quis enim omnium diligit a-
liquid, quod eum facere po-
test meliorem? Nil optant
homines, quod non sit vilius
ipsis. Et quomodo id, quod
me-

me-

melius, & preciosius est, ac dignius, ex deterioribus, ac vilioribus, & indignioribus potest meliorari? Heu quot sunt, qui agunt, quod volunt! quàm pauci, qui velint, quod sibi profit adeptum! Et tamen quis vnquã poterit hoc persuadere filijs Adæ? Quando credentur non amare utilitatem suam, cùm parati sint iurare, nihil se sibi mali optare; & omnia, quæ patiuntur in tot laboribus, propter suã utilitatem se tolerare? Tanquã si dicas Idololatræ, quòd non colat Deum. Statim enim infiliet, iurans se colere Deum, & quanta in cultu eius

ius

ius expendat annumerabit; ipsúmque etiam, quem colit deum, digito demonstrabit. Et tamen non colit Deum: sed errore deceptus idolum pro Deo habet. Ita homines, sine dubio, non utilitatem suam diligunt, aut volunt, sed quod errantes utilitatem suam putant. Et ideò quidquid pro re tali, aut agunt, aut patiuntur, pro utilitate se agere putant, aut pati.

3. Non autem vult, aut diligit utilitatem suam, nisi qui Deum diligit. Ipse quippe solus, tota, & sola est utilitas humanæ naturæ. Scriptum verò est: *Quoniam qui manet*

in

*in Charitate, id est, qui Deum
diliget, in Deo manet, & Deus
in eo. Talis est ergo utilitas
humana, ut eam, nisi qui ha-
bet, diligere nemo possit: &
quæ à suo dilectore non pos-
sit omninò seiungi. Hoc ergo
ipsū, quòd dicunt homines,
diligere se quidem utilitatem
suam (quis est enim, qui hoc
non sit etiã iurare paratus?)
sed eam non habere, hoc ip-
sum, inquam, testimonium
est, eos aliud diligere, non
ipsam suam utilitatem. Ni-
hil enim aliud homini faciē-
dum est, ut utilitatē suam ha-
beat, nisi diligere. Sed ipsi
homines conantur assidue fa-
cere*

Tranquillitate animi. 215

facere eam, quasi non sit; si-
cut pagani Deum. Nam si so-
lus Deus utilitas est hominū,
quo carere non potest, nisi
qui eum nequaquam diligit:
non facienda utique est, cū
sit æterna; sed tantū dili-
genda. Hoc solū prorsus est
totius miseræ nostræ causa:
quòd scilicet utilitatem, aut
non cognoscimus, aut non
amamus; aut non quantum,
vel sicut cognoscenda, &
amanda est, cogno-
scimus, & ama-
mus.

O

CAP.